



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

II. König Konrad bestätigt der hohen Stiftskirche zu Magdeburg, den Besitz von Arneburg und Frohse, am 2. März 1025.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

## Altmärkische Urkunden.

### I. Kaiser Otto schenkt der Abtei Quedlinburg sechs Orte in der Mark Lipani, am 24. August 956.

In nomine sancte et individue trinitatis gracia dei rex. Nouerint omnes fideles nostri tam presentes quam etiam et futuri, qualiter nos quasdam res nostre proprietatis in marca lipani hoc sunt uille VI, sic nominate liubeme, klinizua, sebene, tulci, kazina, kribci, cum omnibus apendiciis suis ad monasterium quidilingaburg in honore sancti petri constructum pro karissime filie nostre mahtilde victu et uestitu perpetuo iure possidendas donamus. Et ut hec nostri precepti auctoritas a fidelibus nostris uerius credatur, manu propria nostra subtus eam firmauimus anulique nostri impressione sigillari iussimus.

Signum domni ottonis, serenissimi regis. Liudulfus cancellarius  
ad uicem brunonis archicappellani recognoui.

Data non. kal. sept. luna XIII, anno dominice incarnationis DCCCCLVI,  
indict. XIII, anno uero domini Ottonis, inuictissimi regis, XXII. Actum  
quidilingaburg feliciter.

Aus dem Original des Geh. Staatsarchives vom Herrn Dr. Gollmert mitgetheilt.

Freih. L. v. Ledebur hält die genannten Orte für Lüben und Cleuze im Elnenburgischen, Seeben und Tylsen im Kreise Salzwehel, Cassuhn und Kreweje im Kreise Osterburg. Neues Allg. Archiv I, 78 f.

### II. König Konrad bestätigt der hohen Stiftskirche zu Magdeburg, den Besitz von Arneburg und Frohse, am 2. März 1025.

In nomine sancte et individue trinitatis. Chvonradus, diuina fauente clementia Rex. Si ecclesiis Dei de nostra maiestatis regia munificentia aliquid accomodauerimus, procul dubio ad

presentis vite statum et eterne beatitudinis premium capeffendum nobis producere confidimus . . .  
 . . . . . presentium scilicet ac futurorum nouerit vniuersitas, quia uenerabilis Hunfridus, magadaburgenfis ecclesie archiepiscopus, ad nos uenit, secum deferens precepta senioris nostri ac pie recordationis Heinrici uidelicet imperatoris . . . . . ipse scilicet Heinricus, imperator, duas curtes uel ciuitates juris regni sui, vnam, que uocatur ernaburg, alteram, que uocatur Frofa cum toto burguardo cum appenditiis rebusque omnibus ad prenomatas curtes uel ad predicta predia pertinentibus . . . . . mauricio in magadaburg per sui precepti paginam regia uel imperiali sua auctoritate tradidit atque corroborauit. Pro . . . . . jam predictus archipreful Hunfridus nostram petiuit celsitudinem, ut nos denuo . . . . . nominatis prediis magadaburgenfi ecclesie traditas regio nostre munificentie . . . . . to confirmaremus. Cujus rei petitionem benigne fuscipientes ac uotum et interuentum dilecte conjugis nostre Gisele regine subsequentes pro remedio anime nostre parentumque nostrorum illas duas curtes ac presignata predia cum omnibus rebus illuc rite respicientibus tam in prediis quam in mancipiis cunctisque aliis, que ad hec aliquatenus adquiri possunt, hac regia donatione nouiter tradimus, confirmamus atque corroboramus. Et ut hec nostre auctoritatis confirmatio stabilis permaneat, cum manu propria roborantes, sigilli nostri impresione iussimus insigniri.

Signum domni Chvonradi Secundi, Regis inuictissimi. Vdalricvs,  
 cancellarivs, vice aribonis archicappellani recognoui.

Data VI non. marc. Indictione VII. Anno uero dominice incarnationis  
 MLLXXV. Anno autem domni Chuonradi secundi regnantis I. Actum Walehusen feliciter amen amen amen.

Nach Gerden's Codex VI, 393. Fehlerhaft mitgetheilt oben B. VI, 187.

### III. Kaiser Friedrich bestätigt dem Bischofe Hugo von Verden die Grenzen seiner Diöcese gegen das Bisthum Halberstadt in der Altmark, im Jahre 1174.

Fredericus, de gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. Nostre maiestatis est officium a deo nobis creditum unicuique quod suum est in iure suo conseruare et iniuriam patientibus iudicio et misericordia imperatorie auctoritatis subuenire. Quocirca notum facimus vniuersis imperij nostri fidelibus tam futuris quam presentibus, quod dilectus ac fidelis noster hugo, verdenfis episcopus, sententia principum imperij in curia nostra obtinuit fines dyocesis sue in marchia ottonis de brandeburg constitutos, quos hactenus haluerstatis episcopus irrationabiliter occupauerat. Eisdem igitur fines diocesi sue legitime pertinentes imperiali auctoritate sibi et ecclesie sue confirmamus mandantes et firmiter sub obtentu gratie nostre ac successorum nostrorum precipientes, ne quisquam fidelium imperij werdensem episcopum in illis terminis, quos equitatis iudicio in curia nostra obtinuit, conturbare presumat nec aliquam dampnorum seu alterius cuiusquam uolentie iniuriam inferre proponat. Si quis uero contra ipsum episcopum in eisdem terminis iusticiam se confidit habere, coram maiestate imperij querimoniam suam deponat facturus iusticiam et